



**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no. Maij.**

Feria. iij. [quod] solus filius dei carne[m] assumpsit: [et] non alie persone  
trinitatis. Sermo. xj.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

## Feria. III. post do. II. aduētus.

ctinam sancti Tho. in. iij. sum. contra  
gēiles. c. xxvij. triplici rōne.

Primo rōne immutabilitatis.

Secundo rōne simplicitatis.

Tertio rōne incōcābilitatis.

**¶** Primo rōne immutabilitatis. Nā de  
us est immutabilis. Oē qđ in aliud puer  
tit: mutat. Cū ergo verbū dei sit verus  
deus: impossibile est qđ verbū dei fuerit  
in carnē mutatū. **¶** Secundo rōne simplici  
tatis. Cū enī verbū dei sit deus: simplex  
est et nulla in ipso cōpositio esse pōt. Si  
ergo aliqđ verbi sit cōuersum in carnē:  
opz totū verbū esse cōuersum. Qđ autē  
in aliud conuertit: definit esse illud qđ  
prius fuit: sicut aqua cōuersa in vinum  
iā nō est aqua sed vinū: ergo post incars  
nationē: sū rōnē pōditū verbū dei peni  
tus non erit: qđ falsissimū est: tū ex hoc  
qđ verbū dei in eternū sit: tū qđ post in  
carnationē xp̄us verbū dei dī: sū illud  
Apoca. xij. Vestitus erat veste aspersa  
sanguine: et vocabit nomē eius verbū  
dei. **¶** Tertio rōne incōcābilitatis. Eoz  
enī qđ nō cōueniūt in materia et in gene  
re vno: impossibile est fieri cōuersiones  
et vniū inuicē: vt ex linea nō fit albedo:  
qđ sunt diuersoz generum: neq; corpus  
elemētale pōt pueri in aliqđ corpus ce  
leste: vel in aliquā incorpoream subam:  
vel ecōuerso: qđ nō pueniūt in materia.  
Verbū autē dei cū sit deus: nō conuenit:  
nec in materia nec in genere cū quocūq;  
alio eo qđ deus nec in genere est nec ma  
teriā hī: impossibile igit est verbū in car  
nē fuisse cōuersum: vel in qđcūq; aliud  
Diximus qđ de xpo sentimus sū tradi  
tiones patrū: et expugnauimus rōnib;  
manifestis hereticoz oīum obiecta ne  
fanda. Satis ergo est clara xpi noticia.  
Nō nullus p ignorantia volūtaria et af  
fectata: (si ei nō credit) excusare pōt se.  
Nī qđlibet doctrina suscipiēda est: vt  
de verbo incarnato fide credat: qđ ver  
bum explicare nō pōt. Hoc dicit elegan  
tissime Leo papa in sermone de natiuit  
tate dñi. Excedit qđdem dilectissimi: mul  
tūq; supeminet humani eloquij facul

tatē diuini opis magnitudo. et inde oī  
tur difficultas sandi: vñ adest rō nō tas  
cēdi. Qđ in iesu xpo filio dei nō solū ad  
diuinā essentia: sed etiā ad humanā spe  
ctat naturā: qđ dicitū est p. pphetā Esa.  
liij. Generationes eius quis enarrabit?  
Utrāq; enī subam in vnā cōuenisse pso  
nā: nisi fides credat sermo nō explicat.  
Et iō nūq; materia deficit laudis: quia  
nūq; sufficit copia laudatoris. Gaudea  
mus igit qđ ad loquēdū tāte misericor  
die sacri impares sumus et cur salutis  
nrē altitudinē vincere nō valeamus: sen  
tiamus nobis bonum esse qđ vincimur.  
Nemo enī ad cognitionē veritatis mag  
is ppinquat: qđ intelligit in rebus  
diuinis etiā si multuz pfiat semp sibi  
supesse qđ qrat. Nā qđ se ad qđ tēdit p  
uenisse psumit: nō qđta repit: sed in in  
quisitione deficit. Ne aut infirmitatis  
nrē pturbemur agustijs: euāgelice nos  
et ppheticē adiuuat voces. hec ille. In  
herētes igit nos dicitis scđoz xpm deuz  
et hoīem adoremus: qui viuūt et regnat  
in scā secloz. Amen.

**¶** Feria. iij. post scđam dñicā aduētus  
qđ solus filius dei carnē assumpit: et nō  
aliē psonē trinitatis. Sermo. xj.

**¶** Iesus in mūdū mittit. Fructus. xj.



**F**ratius qui nō

fuerit et. vbi. s. Lupien  
tes qđā mysteriuz incars  
nationis incōsiderate in  
uestigare confundunt in  
mēte: qm credūt totā trinitates fore in  
carnatā: nesciētes distinguere diuinarū  
psonarū pluralitatem. Et qđ hoc tenere  
falsum est et impiū: iccirco in pñti ser. vi  
debimus quā sola psona verbi carnē  
assumpit. Colligemusq; ea qđ dicturi su  
mus sub vno fructu. I. iesus in mūdum  
mittit. Pro cuius declaratione tres cō  
clusiones erūt notāde.

Prima cōclusio dī expffionis.

Secūda cōclusio dī terminationis.

Tertia cōclusio dī extensionis.

**¶** Quā persona incarnationis nominatur

verbum:

Cap. I.



¶ Rima conclusio de expressione. Nam persona incarnata exprimitur: et notat nomen verbi. Job. I. 30 ut aliquantulum huiusmodi habeamus noticiam: tria sunt notanda.

Primum qualiter verbum inuenitur in nobis.

Secundum qualiter verbum in deo ponitur.

Tertium qualiter proprietates filiationis in verbo diuino reperitur.

¶ Primum videndum est qualiter verbum inuenitur in nobis. Circa hoc dicit Nico. de ly. super Jobem: quod vox significatiua de verbum: sed hoc tamen modo et denotatiue in quantum significat iterio: est mentis conceptum sicut vna de sana in quantum est sanitatis indicatiua. Et idem sicut illud proprie de: sanitas quod per vnam designat: ita illud proprie de: verbum quod per vocem significat. s. interior: mentis conceptus: sicut quod dicit philosophus. s. peribet. Voces sunt note. i. signa earum que sunt in anima passionum. Et idem conceptus mentis interior: etiam ante per vocem designat proprie verbum de. Et hoc est quod dicit Augustinus. xv. de tri. c. 1. Quisquis potest intelligere verbum non solum ante sonet: verum etiam ante sonum eius imaginem cogitatione voluans: potest videre aliquam illi huiusmodi similitudinem: de quo dictus est. In principio erat verbum. Verbum duplex est in nobis iterio: mentis conceptus. Unus imperfectus et informis. Alius formatus et perfectus. Cuius ratio est: quod cognitio nostra procedit de imperfecto ad perfectum. Et idem de re primo habemus conceptum primum et imperfectum: ut de. s. physica. Et talis conceptus non de proprie verbum: sed cogitatio. Procedendo autem peruenimus ad habendum conceptum rei de terminatum: quod a philosopho vocatur definitio: et a scitis vocatur verbum. ¶ Secundum videndum est qualiter verbum ponitur in deo. Circa quod est considerandum quod deus est intellectualis nature: ut ab omnibus rebus scitis que per his supponitur manifestum. Idem in ipso ponitur verbum: non tamen ad similitudinem verbi large dicti: quod est ipsa vox significatiua vel conceptus rei imperfectus: quod in deo nihil est sensibile: nec

est aliquid imperfectum. Et propter hoc vox significatiua que est sensibilis: et ipsa cogitatio que huiusmodi sit intellectualis: tamen importat imperfectionem: non huiusmodi locum: sed ibi ponitur verbum in quantum importat conceptum rei perfectum: quod deus unico actu intelligendi seipsum et alia omnia concipit perfecte. Et quoque differetia verbi nostri ad verbum diuinum: quod verbum nostrum in mente multiplicatur. Quod enim sunt ibi conceptus imperfecti vel formati: tot sunt ibi verba. In deo autem unicum est verbum: quod non potest esse ibi nisi unicus conceptus perfectissimus. Item verbum in nobis est accidentis et quod transiens: quod non semper actu intelligimus. Sed in deo est quedam substantia diuina: que non patitur admixtionem alicuius accidentis seu cuiuscumque extraneae nature: et est verbum quod semper actu permanet et eternum. ¶ Tertium videndum est qualiter proprietates filiationis in verbo diuino reperitur. Ad quod sciendum est quod de ratione filiationis proprie dicitur est quod sit ibi perfectus viuens: a viuente sicut ratione similitudinis in identitate nature saltem specifica: vel in aliquo propinquo genere: ut declaratum est fructu. v. c. ij. patris operis. Et quod verbum in diuinis ponitur distinctum personam a principio a quo procedit: propter quod dicere quod in ipso perfecte inueniatur ratio filiationis: quod necessario procedit sicut viuens a viuente: et in identitate nature non solum specifica: sed etiam numerali: et procedit etiam sicut ratione similitudinis: quod de ratione verbi est quod sit perfecta similitudo illius cuius est huiusmodi: et idem verbum in diuinis et filius idem sunt per omnem modum. Idem Augustinus. in. vij. li. de tri. ait: Verbum solum filius accipit: et in eo loco dicitur huiusmodi quo filius. De quo verbo idem dicit Augustinus. xij. li. de tri. quod ipsa proprietates filii personam diuersis nominibus significat ad exprimentem diuersimode perfectiones eius. Et enim ostendat patri naturalis: dicitur filius. Et ostendat patri per omnia similis: dicitur splendor. Et ostendat immaterialiter genitus: dicitur verbum. Nam verbum est secunda persona in sanctissima trinitate.

¶ De incarnatione terminat ad solam personam verbi.

Cap. II.

Feria. V. post dominicam. II. aduentus.

**S**ecunda conclusio dicitur: terminatio incarnationis non est terminata ad solam personam ubi: quia persona verbi ad incarnationem inter ceteras personas diuinas fuit magis idonea: siue loquamur de ipsa incarnatione in se: siue put ordinata est ad humani generis redemptionem. Si enim loquamur de ipsa incarnatione in se: magis congruum fuit personam filii incarnari ex triplici conuenientia

Primo in quantum est imago.

Secundo in quantum est uerbum.

Tertio in quantum est filius.

**Q**uoniam primo conueniens fuit ut sola persona uerbi incarnaretur in quantum est imago: quia homo assumptibilis erat ratione dignitatis imaginis. Et quia filius est imago patris: magis conueniens erat personam filii assumere creaturam. **Q**uoniam secundo fuit magis conueniens in quantum est uerbum. Nam quia filius dei est uerbum patris: sic procedit ab ipso ut patris se manifestet per ipsum. Et ideo sicut ad intentionis manifestationem uerbum intellectuale copulatur uocis sensibili: sic ad diuinitatis reuelationem uerbum patris congruum fuit uniri carni. **Q**uoniam tertio fuit conueniens: quia filius. Nam filius solus est genitus ab eterno. Et sic congruebat enim carnem assumere: ut esset de genere hominum et ita filius hominis. **I**deo decebat ipsum magis incarnari quam patrem uel spiritum sanctum. Et hoc est quod dicit Augustinus libro de trinitate. quem allegat magister sententiarum libro iiij. Dei filius non quasiuit nisi matrem in terris: quia iam habebat patrem in celis. Insuper si loquamur de incarnatione per comparationem ad humani generis redemptionem: magis conueniens fuit filium incarnari quam patrem et spiritum sanctum. Et hoc apparet si consideremus hominis lapsum: reparandi modum: et reparationis fructum. **Q**uoniam primo si consideremus hominis lapsum. Videmus quod lapsus fuit appetendo dei similitudinem et equalitatem: que proprie filio attribuitur: ideo quasi directe per filium peccauit. Hoc est quod dicit Anselmus libro. Cur deus homo. Homo per quem erat orturus et diabolus quem erat expugnaturus: ambo falsam dei similitudinem presum-

ptulerunt. **U**n specialiter aduersus filium peccauerunt. **S**ecundo si consideremus modum reparationis filio incarnari conueniens fuit. **R**eparati enim sumus per mediatoris obedientiam et supplicationem: quod magis filio quam alij conuenit. **U**n Anselmus libro. Cur deus homo. **C**onuenientius sonat filium supplicare patri quam aliam personam. **T**ertio si consideremus reparationis fructum: incarnatio ad hoc facta est ut simus dei filij. **S**i ergo posterius per illud habet reduci quod est prius in eodem genere: congruum fuit ut filij efficeremur per illum qui est filius naturalis. **U**n Augustinus libro de trinitate. ait: **E**t homo ex deo nascitur: primo ex ipso natus est deus. **O**portuit enim ut per eum efficeremur filij adoptiui: qui est filius naturalis. **H**ec Boetius dist. f. iiij. libro ar. ij. q. iij. **A**lex. i. ij. q. ij. me. v. ar. f. et **T**ho. i. ij. pte. sum. q. ij. ar. viij. **Q**uia nulla persona incarnari potuit nisi persona filij. **C**ap. iij.



**S**ecunda conclusio dicitur: extentionis. In qua non immerito querunt doctores si alia persona a filio. **S**ed per se uel spiritus sancti potuit se extendere ad possibilitatem incarnationis: **E**t ad hoc secundum doctrinam Boetii. dist. f. iiij. libro ar. f. q. iij. dixerunt quodammodo quod persona incarnari potuit nisi persona uerbi. **Q**uod probant triplici ratione.

Prima ratio est propter personarum ordinationem.

Secunda ratio est propter personarum conditionem.

Tertia ratio est propter oppositorum distinctionem.

**Q**uoniam prima ratio est propter personarum ordinationem. Ita enim ordinate sunt persone diuine: ut nulla in eis sit admittenda confusio. **S**i si alia persona incarnaret nasceretur quodammodo confusio trinitatis: quia plures filij in trinitate dicerentur. **Q**uoniam secunda ratio est propter personarum diuinarum conditionem: quod talis est: ut una persona sit alteri similis et equalis. **S**i ergo incarnaretur uel pater uel spiritus sanctus: nasceretur. **I**dem quedam equalitatis diminutio: dum duo filij essent in diuinitate: quorum unus haberet excellentiores natiuitate altero. **T**ertio ratio est propter oppositorum distinctionem. **D**ebeant namque opposita esse distincta. **S**i